doctrinæ ſincerioris, adducta, Adeoq[ue] tum calum=
niarum rabie uenenata ac uirulenta deforma=
ta fuit, ut uel propter ſolas illas & operæ precium
ac neceſſarium prorſus ſit, extare ad omnem
poſteritatem inter cætera publica doctrinæ
teſtimonia, & has a me hactenus aſſeruatas
ac cuſtoditas pagellas Philippi, quæ uerum
fide dignum atq[ue] exceptione omni maius teſti=
monium tribuunt, non ipſi ſolum, ſed toti
illi ſcholæ, omnibusq[ue] illius temporis doctorib[us]
quos collegas, tum & in propagatione doctrinæ
publicæ παρασάτας ac ὁμαίχμους Philippus
habuit, Adeoq[ue] perſpicue ac luculenter optimorum
illorum uirorum, totiusq[ue] ſcholæ Witebergen=
ſis innocentiam, & in propaganda atq[ue] illu=
ſtranda ueritate & ſinceritate uerbi diuini
conſtantiam, & uigilantiam, & ſedulitatem ini=
mitabilem & inenarrabilem, pagellæ hæ & lu=
cubrationes Philippeæ aſſerunt, teſtantur ac
comprobant, ut non dubitem, ſi in lucem illæ
prodierint, fore ut poſteritas pia cum ſtupore
& admiratura ſit, & execratura ſeculi illius
ſuperioris, inſœlicitatem & impietatem, quod